

Д.Я. Самоквасов

**Санкт-Петербургский университет
Централизация государственных архивов.
Архивное дело на Западе. 1900. Ч.38.
Васильевский В., Ернштедт В. Сесаумени
Strategicon et incerti scriptoris de officiis regiis
libellus. Ediderunt W.Wassiliewski et V.
Jernstedt. 18**

УДК 304
ББК 60.5
Д11

Д11 **Д.Я. Самоквасов**
Санкт-Петербургский университет Централизация государственных архивов. Архивное дело на Западе. 1900. Ч.38. Васильевский В., Ернштедт В. Cesaumeni Strategicon et incerti scriptoris de officiis regiis libellus. Ediderunt W.Wassiliewski et V. Jernstedt. 18 / Д.Я. Самоквасов – М.: Книга по Требованию, 2021. – 148 с.

ISBN 978-5-4241-9274-6

ISBN 978-5-4241-9274-6

© Издание на русском языке, оформление
«YOYO Media», 2021
© Издание на русском языке, оцифровка,
«Книга по Требованию», 2021

Эта книга является репринтом оригинала, который мы создали специально для Вас, используя запатентованные технологии производства репринтных книг и печати по требованию.

Сначала мы отсканировали каждую страницу оригинала этой редкой книги на профессиональном оборудовании. Затем с помощью специально разработанных программ мы произвели очистку изображения от пятен, клякс, перегибов и попытались отбелить и выровнять каждую страницу книги. К сожалению, некоторые страницы нельзя вернуть в изначальное состояние, и если их было трудно читать в оригинале, то даже при цифровой реставрации их невозможно улучшить.

Разумеется, автоматизированная программная обработка репринтных книг – не самое лучшее решение для восстановления текста в его первоизданном виде, однако, наша цель – вернуть читателю точную копию книги, которой может быть несколько веков.

Поэтому мы предупреждаем о возможных погрешностях восстановленного репринтного издания. В издании могут отсутствовать одна или несколько страниц текста, могут встретиться невыводимые пятна и кляксы, надписи на полях или подчеркивания в тексте, нечитаемые фрагменты текста или загибы страниц. Покупать или не покупать подобные издания – решать Вам, мы же делаем все возможное, чтобы редкие и ценные книги, еще недавно утраченные и несправедливо забытые, вновь стали доступными для всех читателей.

100
58

A

ZAPISKI
ЗАПИСКИ

ISTORIKO FilOLOGICHESKAGO FAKUL'TETA
ИСТОРИКО-ФИЛОЛОГИЧЕСКАГО ФАКУЛЬТЕТА

Imp.
ИМПЕРАТОРСКАГО

S. Peterburgskago UNIVERSITETA
С.-ПЕТЕРБУРГСКАГО УНИВЕРСИТЕТА.

ch.
ЧАСТЬ XXXVIII.



САНКТПЕТЕРБУРГЪ.

ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.

(Вас. Остр., 9 лин., № 12).

1896.

3900
74M
#29

R. P. Blake

Cecaumenos, 11th cent., supposed author.

B

CECAUMENI STRATEGICON

ET INCERTI SCRIPTORIS

DE OFFICIIS REGIIS LIBELLUS


EDIDERUNT

✓
B. WASSILIEWSKY

V. JERNSTEDT

ACCEDIT EXEMPLUM CODICIS PHOTOTYPICUM

1113



26053

PETROPOLI

TYPIS ACADEMIAE CAESARAE SCIENTIARUM

MDCCCLXXXVI

△
PSlaw 424.50 (38)

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
APR 18 1960

Waived

С

**Liber editus iussu ordinis philologorum Universitatis literarum Caesareae
Petropolitanae.**

Die IV mens. Aprilis a. MDCCCLXXXVI.

Decanus *I. Pomjalowski*.

Типографія Императорской Академіи Наукъ (Вас. Остр., 9 л., № 12):

— / —

PRAEFATIO.

Quae hoc volumine continentur duo opuscula byzantina eodem nobis servata sunt codice Mosquensi bibliothecae synodalis 436 ¹⁾, in quo quidem codice quasi unum corpus efficiunt neque titulo mutato et numeris capitum sive paragraphorum in margine continuatis. sed paullo attentius legentibus facile apparet corpus illud 259 capita complexum (tot enim capita numerantur in margine) ex duabus compositum esse partibus imparibus, quarum utraque per se constat quaeque separatae sunt inter se aliquot capitibus argumenti ab utraque longe diversi et prope omnibus ex Ioanne Damasceno desumptis ne nomine quidem auctoris celato. neque index capitum (πίναξ), qui in codice praemissus est (nos eum postponere maluimus pp. 85—90), ad posteriorem partem aut ad insititium illum limitem pertinet, sed ad priorem libellum solum.

1) Cf. Архим. Владиміръ, Систематическое Описание рукописей Московской Синодальной (Патріаршей) бібліотеки. Часть первая: Рукописи греческія. Москва 1894. Apud Sabbam 298 est, apud Matthaeium 235. Scriptus videtur codex partim XIV saeculo, partim XV.

In utroque autem opusculo auctor cum eo utatur scribendi genere ut admoneat quendam et cohortetur, in priore filium suum (maiolem) adloquitur, qui inter cives est imperii byzantini non ignobili loco natos, in posteriore vero ei consilia dantur qui civitati praeest, ipsi scilicet imperatori byzantino. quo fit necessario ut haec consilia ab illis argumento atque genere magnopere differant. nam cum illic ad officia subiectorum adversus imperatorem respiciatur, hic id unum agitur ut imperatoris in subditos inque rem publicam officia exponantur.

Prioris opusculi auctor fatetur quodammodo imitatum se esse exemplar veterum scriptorum qui *Στρατηγικά* composuerint, sed ea quae hoc *Στρατηγικῶ*¹⁾ contineantur, utpote ex propria ipsius cogitatione et ex vitae usu hausta, ab illorum libris abesse (c. 54 p. 19). et vero praeter militaria praecepta aequalis fere historiae fide comprobata plurima in hoc libello insunt quae civilia officia spectant atque adeo vitam cotidianam hominum privatorum. diligentius si inquiramus, quattuor partes Strategici distinguemus:

a) cc. 1—23 praecepta vitae civilis. qua in parte fingitur filius scriptoris aliquo munere publico fungi quod cum iudicis auctoritate coniunctum sit (c. 3 *εἰ δὲ δουλεύεις βασιλεῖ. c. 15 εἰ δὲ κριτῆς εἶ θεματικός*).

b) cc. 24—78 praecepta militaria, quae usui esse possunt filiis magistratum obtinentibus (c. 24 *εἰ δὲ στρατηγός εἶ*, ubi *στρατηγός* ubi *στρατηγός* vocabulum ducem militarem significat, non praefectum provinciae). ad explicanda et illustranda praecepta narrantur strategemata, clades ac delicta ducum byzantinorum, quae imperio insignes calamitates intulerint, incursiones ab hostibus factae, tumultus et rebelliones gentium barbararum imperio subditarum, urbes et castella a ducibus byzantinis sive vi sive dolis atque fallaciis capta. quorum exemplorum longe plurima ad XI saeculum pertinent, pauca ad X.

1) Neutrum genus (*Στρατηγικόν*) masculino praetulimus in titulo propter ea quae p. 19,24 leguntur.

c) cc. 88—167. in hac parte omnium maxima postquam initio positum est filium scriptoris sive mansisse privatum sive rursus factum esse (εἰ ἰδιάζεις), deinceps sequuntur consilia communis virtutis christianae coniuncta cum praeceptis sapientiae (domesticae plerumque servientis utilitati), honestatis, domus regendae, rei familiaris bene administrandae, valetudinis curandae, qua in re ante omnia praecipitur medicos esse vitandos, ex ciborum autem legibus notabile est quod fungos edere vetamur. horum capitum cum eae sint proprietates quarum similes extra byzantarum literarum fines quaerere cogamur — neque enim alium novimus Οἰκονομικόν sive Домοτροῦν byzantinum, — haud sane parvum affert momentum ad cultum illius aetatis moresque cognoscendos, quod ab auctore Strategici expositum legimus, quid de vita ac virtute, quid de familia et societate humana, de matrimonio, de sexu muliebri, de amicitia deque aliis id genus rebus senserit.

d) quarta pars Strategici orditur a quaestione (cc. 168—178), quomodo se adhibere debeat filius, cum in vicinia eius seditio orietur contra imperatorem in regia urbe habitantem quidque ei faciendum sit ne invitatus ad motum trahatur neve quid sit periculi a minis seditiosorum. exempla narrantur de Niculitzae maioris constantia atque prudentia, qui bello Basilii II cum Samuele Bulgaro Larisam imperatori servaverit, tum de eis quae Vlachis (Thessalicis) rebellantibus a minore Niculitza gesta sunt quaeque ei acciderunt. narratio de Vlachis aliquot capita complexa et novitate rerum insignis descriptione gentis terminatur aequae notabili. — cum hac quaestione coniuncta sunt alia quaedam praecepta ad artes bellicas pertinentia (cc. 179—186). postremo, appendicis loco, exponitur quantis in difficultatibus sint res toparchae qui non omnino sui iuris sit, sed dominum habeat Constantinopoli habitantem. haec quoque disputatio duobus exemplis illustratur ex aequali illius aetatis memoria petitis.

A capite 235 iam non filios cohortatur scriptor, sed imperatorem, quare singulari huic libello inscripsimus Δόγος νευθετητικὸς πρὸς βασιλεία, eodem fere titulo usi quem rubricator capiti 247